

interveniant Episcopi eorumve Commissarii, sine tamen onere ipsarum fundationum. & ut suboritur a difficultatibus sopiri possint de communi Consilio eorum, qui computibus intererunt.

LI. Denique art. 25. statuunt, quod quotiescumque prædicta hospitalia aut Ecclesiastica loca visitabuntur per ipsorum Vicarios, aut alios ad id deputatos, tunc & alii Superintendentes five provisores & administratores ibidem se sistunt, dummodò adventus ipsorum iis innotuerit, & tenebuntur ipsis Visitantibus computus ex nunc exhibitos & conclusos, si ad hoc requirantur, præsentare.

Porrò quia his articulis continetur penè tota disciplina quæ in Belgio circa hospitalia aliaque pia & religiosa loca servanda est, non inconveniens judicavi integros ipsos articulos hic inferere; quamvis summarium illorum supra parte 1. tit. 5. cap. 4. relatam sit.

Articuli 23. verba sunt: *Also vry de conservatie van de voorseyde Kercken sonderlynghe voor gherecommandeert hebben, oock vande Godts huysen, Tafelen ende dischen van den Heyligen Geest ende alle andere denichdelicke fondatiën, gheleyck oock de goederen derselver, van welcke goederen een goede partye is ghekomen van de Princen onse voorſaten, oft van onse Valſallen ende zyn gheleghen in onse Landen en de Provincien onder onse Hoogheyt ende jurisdictie ons bebrouvvende ende verſekrende vande goede affectie die de voorſ. Eerſ. biſſchopp ende Biſſchoppen hebben om ons hierinne behulpe te zyn, in voldoeninge van het devoyr, d'welck door de Gheestelycke rechen hunnen laſt ende digniteyt toetſaet, hebben vry provisionelicken, ten obſienen als vooren, geordonneert, ende ordonneert, by desen in conformiteyt van i gene dat vry al reede gheordonneert hebben aende voorſ. Eerſ. Biſſchop by acte van Commiſſie vanden zeventienſten dach van Mey, duysent ſef hondert ende ſes, dat in alle ſteden, dorpen ende plaetsen van hun Dioceſe reſpectivelick de voorſeyde Biſſchoppen by hun ofte by de gheene die ſy daertoe committeren ſullen, met intervenie van de patroonen van de fundatiën, indien daer enige zyn, of sulche andere die daer van hier te vooren de ſorge ghe dragen hebben, oft andersints van den principaelen Officier der plaetsen, inſtellen ende prefigeren eenen zekeren ordinarissen ende ſtaenden dagh i elcken jaere, om by de ontfangers ende andere handelynghe hebbende vande goederen; in necomen ende peninghen, de voorſ. Godts huysen, Gaſthuyſen, Fabriicken vande Kercken, tafelen vanden Heylighen Geest oft vande ghemaeyne armen huysen vande arme kinderen, ende generaelick alle andere devoyr plaetsen webehoorende, elcken jaere rekeninghe by gheschryfte te doen van hunnen ontfanckende handelynghe, verkieſende ende beſtytende onderlynghe den zelvendaghen, den welcken ſy vercondighen ſullen aen de ontfangers, om ten selven daghe bereet te ſyn elcken jaere, op alſulchen boete van ghelde die daer toegheſtelt ſal worden, ten profyte vande ſelve fundatie der goederen daer van ſy den ontfanc ende handelynghe ſyn hebbende. Id est. Cum nobis dictarum Ecclesiarum conservatio peculiariter cordi sit, tum & domuum hospitalium, Mensarum & Portionum S. Spiritus, omniumque aliarum piarum Fundationum, prout & bonorum earumdem sitorum in ditionibus & Provinciis nostris sub suprema nostra Jurisdictione quorum bonam partem aut Principes Prædecessores nostri, aut subditi nostri contribuerunt, confidentes, exploratumque habentes affectum quem prædicti Archiepiscopus & Episcopi gerunt, ut ea in parte sint nobis adjumento ad muneri sui executionem, quod secundum Ecclesiastica Jura dignitati & curæ eorum incumbit, Nos pro statu & conditione rei præsentis dumtaxat, mandavimus in finem ut supra, prout & mandamus, conformiter ad id quod jam nunc in junximus dicto Archiepiscopo per litteras Commiſſionis datas 17. Majj 1606. ut in omnibus Civitatibus,*

Pagis & locis Diœcesium suarum respectivè, dicti Episcopi, aut per se, aut per eos quibus id demandabunt intervenientibus Fundationum Patronis, si qui sint, aut aliis qui illarum ante hac curam gesserunt, aut alias præcipui locorum Præfecti, statuunt & designent certum ordinarium & stabilem quemdam in singulos annos diem, quo Receptores, alique bonorum administratores, redituum nummorum dictarum domuum Hospitalium, Xenodochiorum, Bavaricæ Templorum, Mensarum S. Spiritus, aut Paupertatis communium, Ephorophiorum, & generalitas quorumcumque ad piarum Fundationum loca spectantium, annuatim scripto tradant computum recepturæ & administrationis suæ, eligant & præfigant, eum diem quem Receptoribus designabunt, ut singulis annis eodem die parati sint, indictâ multa pecuniaria quæ ad eum finem constituetur in emolumentum bonorum ipsius Fundationis, quorum Recepturam & administrationem exequantur.

Tenor articuli 25. hic est: *Ten overbrengen ende in't presenteren van de welcke rekeninghe, boven de ghene die tot nob toe gaet toe ghevvaecert hebben, i' zyn van onsen oft van onsen Valſallen i' vveeghen, soo is ons intentie, ende ordonneert vry by desen, achter volghende i' ghene dat gedaen is geveest by vuylen zyne voorſ. Majesteyt, by sine brieven van Placcaerte, in approbatie van het Synode van Cameriyck vanden oosten dagh van Jnnius, duysent vyf hondert zeventienſten, dat de voorſeyde Biſſchoppen, oft bunne ghecommiterde daer ſullen interverteren, sonder enigen cost oft laſt vande voorſ. Godts huysen, tot betere directie vande ſaecten, ende ten ghenoghe van een ygelicken, ende ten eynde dat de over-comende ſvaricheden beſucht moghen worden by ghemeynen advyſe van de ghe-nedie over de voorſ. rekeninghe ſullen ſtaen. Id est. Quâ in exhibitione & præsentatione computus, ultra eos qui hæcenus in rationibus illis accipiendis operam posuerunt, seu nostro seu subditorum nostrorum nomine, hæc est nostra voluntas & per hæc statuiamus, conformiter ad illud quod à prædicta sua quondam Majestate decretum est per sui diplomatis litteras in approbatione Synodi Cameracensis datas 1. Junii anni 1587. ut prædicti Episcopi animarum deputati interveniant sine ullo sumptu aut gravamine dictarum domuum Hospitalium, ad meliorem negotiorum administrationem & uniuscujusque satisfactionem, & ut enascentes difficultates ex communi omnium consilio qui excipiendi computui præerunt, tollantur.*

Ende inghevalle dat door alsulcke decisie oft ordonnance yemandt soude vwillen pretenderen beſwaert te vvesen, sal hem dies mogen beclagen voor den vverelicken Overſten, Richter der plaetsen vande fundatie, daer van d' administratie gheexerciseert is, tot coste vande welcke fundatie sal alsdan gheſtineert worden i' ghene by de Auditeurs gheordonneert sal zyn gheveest. Id est. Si verò per talem decisionem aut mandatum se aliquis gravatum præterdat, liberam sit ipsi querelas suas deponere coram sæculari præfecto, Judice loci fundationis cuius administratio fuerit exercita, cuius fundationis periculo sustinebitur id quod Auditores decreverint.

Denique articulus 27 sic habet. *Ende 100 vvanneer de voorſ. Godts huysen oft Geestelycke plaetsen ſullen ghevisiteert vvorde by hunne Vicarijſen, oft andere daer van laſt hebbende, ſullen alsdan hnn oock daer laeten vinden de voorſ. provisours oft administrateurs, als ſy daer van de vrete ſullen ghehadt hebben, doende hnn communicatie vande rekeninghen alreede ghedaen ende ghesloten, in dien ſy dies verſoebi vvorde. Id est. Et cum prædicta domus Hospitalium aut Ecclesiastica loca per Vicarios suos, alioſque quibus id injunctum fuerit visitantur, incipiunt etiam prædicti Provisores aut administratores ubi præmoniti fuerint tradaturi computus exhibitos conclusos & adm. illos, si id rogentur.*

LII. Ad hos articulos Edicti reflectens Antonius Anselmo in suo Triboniano Belgico cap. 36. ait §. 1. A piis fundationibus Episcopus excludere est contra hoc Edictum. Deinde adjicit, id est contra Concordata Brabantia, (de quibus supra) contra Concilium Tridentinum sess. 22. cap. 8 & 9. De Reformat. & denique contra principia utriusque Juris.

Post hæc notat, quod cum Concilium Frisiæ difficultatem faceret in recipiendo & admittendo dicto cap. 9. Concilii Tridentini, & Regi rescripseret, Concilium non esse publicandum, nisi & omisso hoc capite 9. voluit & respondit Rex anno 1569. ut illud caput admitteretur. Id ipsum testatur Zypæus tit. De Religiosis domibus num. 2. addens Concilium Secretum rescripserit, "etsi rationes piorum locorum antea solum consueverint reddi coram Commissariis Concilii (Frisiæ) Decretum tamen Concilii (Tridentini) observaretur.

LIII. Cum ex dictis constet, Principes nostros integras & illasas voluisse servari piorum fundaciones, etiam obſcurum non est, quod Episcopo potius auctoritatem exigendi rationes, vel iis interveniendi, aut etiam visitandi noluerint extendere ad hospitalia aliave pia loca, in quorum institutione & ordinatione secus expressè cautum est quandoquidem nec ad similia loca auctoritatem Episcoporum extendat Synodus Tridentina, uti supra notatum est.

LIV. Ad hæc quia nec Jure communi, neque ex Decretis Concilii Tridentini auctoritas Episcoporum, saltem quoad jus visitandi, se extendit ad hospitalia aliaque pia loca non religiosa, sed privata & merè laicalia; verisimile, nec his principum Edictis etiam similia loca ex mente Principum fuisse comprehensa; quod & ipso Edicto ad Synodum Mechliniensem insinuat art. 27. ubi loca visitationi subjecta vocat Ecclesiastica loca geestelike plaetsen.

Consonat his & consuetudo, quæ orphanotrophia aliaque similia loca privata & laica passim directioni & administrationi laicorum vel Ecclesiasticorum juxta leges in fundacione præscriptas permittit, absque ullo interveatu Episcoporum aut Archiepiscoporum aliorumque ab ipsis deputatorum.

LV. Insuper quantumvis Principes ad piorum locorum curam Episcopos eorumque Commissarios vocaverint, eosque etiam cum aliis laicis Superintendentibus computibus & deliberationibus interesse voluerint, nihil tamen de auctoritate & protectione regia, quam super hiis piis fundacionibus habent, remisere.

Undè expressè in citato Edicto ad Synodum Mechliniensem art. 26. declarant Principes, quod si per decisionem vel ordinationem factam de communi consensu Episcopi ejusve Deputati & aliorum Superintendentium quiscum se gravatum præterdat, poterit querelas suas deponere apud superiores seculares, judices loci fundacionis, de cuius administratione agitur. Verba articuli sunt: *Ende in ghevalle dat door alsulcke decisie oft ordonnance yemandt soude vwillen pretenderen beſwaert te vvesen, sal hem des mogen beclagen voor den vverelicken Overſten, Rechter der plaetsen vande fundatie, daer van d' administratie gheexerciseert is, tot coste vande welcke fundatie sal alsdan gheſtineert vvorde i' ghene by de Auditeurs gheordonneert sal zyn gheveest. Id est. Sunt eadem verba quæ Pag. Superiori. Si verò per talem decisionem aut mandatum, &c.*

Quoad superintendentes hospitalium & piorum locorum, per omnia ferè cum praxi Belgica consonat praxis Gallia; uti videri potest in Actis Cleri Gallicani tomo 3. parte 3. tit. 4. item in libro qui inscribitur, La grande Conference des Ordonnances lib. 1. tit. 2. parte 2. ubi plurima Regum Gallia Edicta, & Parlamentorum arresta in hac materia recitantur, quorum aliqua & in sequentibus notabimus.

Van Esſen Jur. Eccl. P. II.

LVI. Cæterum in hac materia hospitalium & piorum locorum si quaestio incidat, qui rationibus audiendis intervenire, vel administrationi intendere debeant, sequendæ erunt regulæ, quæ supra parte 1. tit. 5. cap. 6. assignatæ sunt pro decisione similibus quaestionum circa administrationem & superintendentiam Fabricæ Ecclesiarum, & Mensarum S. Spiritus, quæ in Principum Edictis penè semper cum hospitalibus aliisque piis locis junguntur.

CAPUT III.

Qui sint præficiendi curandis infirmis & pauperibus five corporaliter five spiritualiter.

1. Exemplo Apostolorum Episcopi curam immediatam hospitalium demandarunt Diaconis.
2. Domus illa dicta Diaconia propter Diaconos eis ministrantes.
3. Quid propriè essent Diaconia.
4. Diaconorum qui hospitalibus erant præfecti meminit S. Gregorius.
5. Interdum & alii quàm Diaconi præficebantur.
6. Sanctus Gregorius Religiosos viros hospitalibus præfici desiderabat.
7. Subsequentibus sæculis Episcopi solliciti fuere, ut hospitalia Religiosis committerentur, & quare.
8. Concilium Viennense meminit Hospitalium quæ ad Ordines Religiosos spectabant.
9. Ordo S. Joannis Hierosolymitani primitus fuit hospitalaris; cujus origo referretur.
10. Erat subiectus Ordinario.
11. Quàm piè Fratres hujus Ordinis primitus infirmis & egenis inservirent.
12. Hic Ordo factus est totus militaris.
13. Ordo S. Antonii Viennensis specialiter pro curandis infirmis institutus ejusque origo.
14. Permittitur huic Ordini elemosynas pro pauperibus querere.
15. Modus in his colligendis servandus; & qua specialiter cavenda.
16. Hospitalia hujus Ordinis etiam à Regio Magistrum leges accipiunt.
17. Famosum hospitalia Roma erectum ab Innocentio III. datum Ordi S. Spiritus ad regenda hospitalia institutum.
18. Idem confirmans hospitalia Cadomense voluit Regulam S. Augustini in eo servari.
19. Ordo Joannis de Deo ad servienda infirmis institutus.
20. Jam pridem fuere Sanctimonialia Hospitalibus præfecta.
21. In Belgio Hospitalibus & Leprosariis præfecti fuere primitus Fratres & Sorores.
22. Fratibus remotis remanserunt sola Sorores.
23. Sorores hospitalaria hodierna proficere solent Regulam S. Augustini.
24. Cura infirmorum his Sanctimonialibus commissa cum directione economica hospitalium.
25. Temporalia ad Sanctimonialia non spectant.
26. Temporalium administratio Ecclesiasticis aut Religiosis non competit, nisi illa in titulum habent.
27. Quid potissimum in receptione hujusmodi Sanctimonialium attendendum?
28. Quales præfici hospitalibus velut Concilium Viennense.
29. Qui ex Edicto Regio in Gallia præficiendi?
30. Nec hoc Edictum, uti nec Decretum Concilii Viennensis extendatur ad hospitalia Ord. Religiosorum.

31. Neque ad illa qua ex primæva fundatione unita sunt monasterio, aut in titulum beneficii erecta.
 32. Secus de hospitalibus cui simpliciter est annexum Sacellum, vel cui simpliciter Religiosi ministrant.
 33. In quibus hospitalibus hodie soleant lasci curam agere.
 34. Quales debeant esse Hospitalarii.
 35. In hospitalibus non tantum cura Corporalis, sed & spiritualis infirmorum habenda.
 36. Jure communi cura spiritualis hospitalium spectat ad Parochum.
 37. Hospitalia sub cura laicorum existentia plerumque sunt sub directione Parochi.
 38. Quæ sunt sub cura Monachorum solent habere suos speciales Presbyteros.
 39. Innocentius III. hospitali concessit particulares presbyteros.
 40. Consuetudinem hinc spectandam esse declaravit Concilium Viennense.
 41. Hospitalia potest jure hoc prescribere.
 42. Super his inica concordata servanda sunt; & exemplum hujusmodi concordati.
 43. Convenit ut in majoribus hospitalibus sint speciales Sacerdotes; utque plures servata proportione infirmorum.

I. Sicuti Apostoli curam Menstrarum Diaconis commiserunt, ut ipsi orationi & ministerio verbi intendere possent; ita horum exemplo Episcopi jam pridem curam pauperum & hospitalium Diaconis demandarunt, ipsosque domorum illarum præfectos creaverunt.

II. Et quidem à Diaconis curam domorum illarum gerentibus dictæ fuere domus illæ *Diaconia*; quales in Urbe Roma à Pontificibus institutas jam olim fuisse narrat Anastasius Bibliothecarius in eorum vitis: ac signanter de Adriano I. scribit: "Constituit *Diaconias* tres foras portam Beatorum Apostolorum Principis, Et de Gregorio III. Item *Diaconias* SS. Sergii & Bacchi, & concedens omnia quæ in usum *Diaconia* existunt, statuit perpetuo tempore sustentatione pauperum in *Diaconia* ministerio deservite.

III. Itaque *Diaconia* erant loca in quibus per Diaconos, pauperes viduæ, pupilli, sanes aliæque miserabiles personæ aiebantur, de quibus latius Du Cange in suo Glossario verbo, *Diaconia*; & supra parte 1. tit. 22. cap. 1. Diaconos hinc *Diaconis* præfectos olim dictos fuisse Diaconos *Cardinales* atque hinc & oratoriis illarum domorum etiamnum adhærere titulum Cardinalium, observatum est.

IV. De quodam Florentino *Diacono* qui præesse dignoscitur *Xenodochio* Anichiorum scribit S. Gregorius lib. 10. *Epist.* 43. & rursus lib. II. *Epist.* 14. scribens Venantio Patricio Panormitano, meminit cujusdam Crescentis *Diaconi* qui *Xenodochium* gubernaverat.

V. Hæc lat ostendunt, *Diaconis* frequenter hospitalium & similibus locorum curam fuisse demandatam; non tamen illis solis, nec semper, nec ubique.

Et quidem apud ipsum S. Gregorium lib. 7. *indict.* 2. *Epist.* 27. occurrit quidam Antonius *Subdiaconus Xenodochii Præpositus*. Similiter Xenones alique piorum locorum administratores & curatores quorum apud Justinianum frequens mentio occurrit, Diaconos fuisse, non probatur.

Rufus S. Gregorius lib. 3. *Epist.* 24. describens quales *Znodochii* præfectos desiderat ait: Tales in eis (Xenodochiis) qui præstent ordineatur, qui vita, moribus, atque industria inveniuntur esse dignissimi; religiosi dumtaxat, quos vexandi iudices non habent potestatem; ne si tales personæ fuerint, quas in suum possint evocare iudicium, vastandarum rerum

„debilium, quæ illic rejacent, præberentur occasio.

Hic Gregorius non requirit *Diaconos*, sed tales qui vita, moribus, atque industria inveniuntur dignissimi: quod & in eligendis *Xenodochiorum* præfectis attendi voluit Justinianus. Et revera parum interest, num *Diaconus* vel *Religiosus* fuerint, modò vita & moribus atque industria domibus suis fideliter & Christianè administrandis & curandis idonei fuerint.

VI. Nihilominus fatendum est, S. Gregorium desiderasse, ut hospitalibus *Religiosi* potius, quam seculares homines præficerentur; eò quòd minus periculi dissipationis bonorum ab illis, quam his timeretur, supponitque Synodus Regiatica an. 850. celebrata *Canone* 15, quædam fuisse hospitalia quæ juxta Instituturum decreta regi deberent per eos qui *Religiosam vitam duxerint*. Textus *Canonis* capite præcedenti relatus est.

VII. Porro sequentibus seculis excrecente continuo magis hospitalium numero, magna Episcoporum & Fundatorum cura fuit, ut ipsa hospitalia viris Religiosis committerentur; qui & summa fidelitate bona pauperum usibus deputata conservarent & administrarent, atque ipsis pauperibus ac infirmis eximia in proximum *Religiosam* in hospitalibus agentes; à quibus non tantum corporale sed & spirituale subsidium pauperes & infirmi in hospitalibus viventes, aut ad ea devenientes acciperent; essentque ipsa hospitalia verè loca pia & religiosas in quibus scilicet pietatis in proximum, & religiosi in Deum opera vigerent.

VIII. Meminit *Clementina* QUIA CONTINGIT *De Religiosis domibus* hospitalium *Militarium* Ordinum & *Religiosorum* etiam aliorum; id est, hospitalium, quæ ad curam illorum Ordinum vel Religiosorum pertinebant.

Glossographus in citata *Clementina* ad verbum *Militarium* ait: "ut sancti Joannis Hierosolymitani, sanctæ Mariæ Teutonicorum Calastrensium & similibus.

IX. Constat seculo 12. originem sumpsisse Ordinem equestrem seu militarem quorum Sodales vocati fuerat hospitalarii S. Joannis Hierosolymitani; idque ab hospitali in honorem *Sancti Joannis Eleemosynarii* seculo 12. exstructi.

Hierosolyma enim adhuc sub Satacenorum captivitate detenta, plurimi ex Occidente ad *Terram Sanctam* partim negotiationis, partim devotionis causâ confluebant. Hi itaque mediante certo tributo impetrarunt, ut in honorem *Beata Maria* propè Ecclesiam Domini Sepulchri alteram construerent, divinis Officiis Latinorum ritu celebrandis consecrandam. Mox ut perfectæ est, tradita fuit Abbati & Monachis latinis, ipsique nomen *Sanctæ Maria* DE LATINA est impositum. Postea peregrinis mulieribus excipiendis aliud Monasterium in honorem *Beata Maria Magdalena* conditum est, in quo *Sanctimoniales hospitalaria* constituta. verum peregrinorum ad loca Sancta confluentium crescente numero, Abbas & Monachi *Sanctæ Maria de Latina* infirmis & egenis suscipiendis hospitale in honorem *Sancti Joannis eleemosynarii* condidere.

Postquam autem Hierosolyma à Saracenorum Tyrannide liberata fuit, quidam *Gerardus* nobilitate & sanctimonia insignis, qui in hospitali *Joannis Eleemosynarii* pauperibus & infirmis sub Abbate de *Latina* ministraverat, adjunctis sibi nonnullis honestis, religiosisque viris, habitum regulam suscepit, ac vestibus suis alba cruce exterius insignitis solemniter professionem se obstrinxit. Ipsum imitatus est quædam nobilis & religio-

ligiosa matrona *Agnes*. Hi devotè Dominio servientes, infirmis pauperibus de suis diligenter ministrabant; & initium Ordini S. Joannis Hierosolymitani dederunt.

X. De his scribitur, quod Abbati *Sanctæ Mariae de Latina* parebant; ac multò magis Patriarchæ Hierosolymitano, cui de bonis suis decimas, secundum sacros *Canones* & utriusque Testamenti præcepta absque ulla contradictione reddebant.

XI. De his quoque narratur, quod utinam omnium virorum & mulierum Hospitaliariorum animis esset insculptum! "Orationi autem vacantes, vigiliis & jejuniis seipsos affligentes, operibus misericordie affluentes, parci sibi & austeri; pauperibus autem & infirmis, quos dominos suos appellabant, largi & misericordes existebant. Paucos de pura similia largiebantur infirmis, residuum verò cum fureure ad usos proprios reservabant.

XII. Porro progressu temporis cum ministrantibus Hospitali admitti cœperunt & milites ad Terræ Sanctæ defensionem contra Saracenos: quo factum ut tandem Ordo *hospitalis* totus in equestrem & militarem mutatus sit; sicuti & aliis similibus Ordinibus accidit.

XIII. Nonnullæ quoque sunt Religiones infirmis & pauperibus inferendis specialiter institutæ; uti est Ordo S. Antonii Viennensis, cui circa seculum 12. initium dedit vir Nobilis à Provincia *Viennensi* *Gasto* nomine, qui à morbo gravissimo, S. Antonii ope liberatus, votum perpetuò serviendi S. Antonio unâ cum filio suo nuncupavit; atque cum aliis nonnullis viris nobilibus & piis *Antonianam* Congregationem instituit an. 1095, qui ægris sacro igne correptis & mutilatis inferirent. Hæc pia Congregatio in Ordinem Religiosum demum evasit an. 1218. quando *Faleo* Domus eleemosynariæ S. Antonii *Viennensis* septimus Præceptor ab honore III. obtinuit, trium votorum emittendorum pro se suisque facultatem. Extat in Bullario Romano Bulla Bonifacii VIII quæ incipit: *In dispositione*, quâ Domum S. Antonii *Viennensis* crexit in Abbatiam, atque "ipsum Hospitalia cum omnibus membris suis in quibuscumque mundi partibus constitutis, eorumque pertinentiis & juribus ipsi subjecit & univit Abbatie. Quod, que in eodem Monasterio S. Antonii & Hospitali, ac membris eisdem, B. Augustini Regula servaretur, & secundum eam dicti Abbas & Canonici seu Fratres vivere perpetuò tenerentur.

XIV. Extat insuper Bulla Gregorii XIII. quæ incipit: *Romani Pontificis* 73. in Bull. R. quâ permittitur eisdem Fratribus S. Antonii illorum locorum "in quibus hospitalitas actu exerceretur, ut petita & obtenta in primis ab Ordinariis locorum annis singulis in scriptis licentia quam ipsi Ordinarii omninò gratis clare debeant, eleemosynas, & quæcumque alia charitatis subsidia per personas honestæ vitæ ad id ab ipso Abbate seu aliis dictæ Religionis Superioribus pro tempore deputatis, pro usu ejus Hospitalis S. Antonii, in quo hospitalitas actu exercetur, simulque existit intra fines illius civitatis vel Diocesis in qua eleemosynæ percipiuntur, aut ejusmodi est in quo curari soleant pauperes omnes eo morbo laborantes, qui ex tota illa Diocesi adducuntur perquirere & colligere, illaque recipere & levare liberè & licentè valeant, dummodò hujusmodi eleemosynæ convertantur dumtaxat in usum pauperum infirmorum & ministrorum deservientium hospitalibus quæ in illa Diocesi sunt, aut in quibus curati solent pauperes illius Diocesis in qua eleemosynæ colliguntur.

XV. Post hæc modum colligendi eleemosynas præscribit; notatque à quibus harum eleemosynarum collectores cavere debeant, inter quæ nonnulla sunt, quæ

Van Espen Jur. Eccl. P. II.

hodierni eleemosynarum collectores merito attendent. Votum quod personæ ut præfertur deputatæ. Quæstorum nomen nullo modo sumant, sed eleemosynarum collectores nuncupentur, & propter hanc operam, eleemosynarum hujusmodi participes non sint, atque hoc munere citra ullum dolum & cum omni modestia fungantur, quodque ad stabula pro Benedictionibus super animalia faciendis accedat, easque sigillare, & aliqua sigilla & præter præfentes seu earum transtumpta alia privilegia necnon instrumenta quædam quæstorum insignia, reliquias, chartas, imagines, acus & alia his similia ad excitandas personas circumferre, indulgentiam publicare, aut per se vel alium prædicare, fideles ad eleemosynas sibi erogandas mitis aut imprecationibus inducere, aut tamquam debitas, vel solitas, seu aliquâ arte etiam prætextu dicendi orationem S. Antonii extorquere, vel super locis ulla lam quovis nomine conventionem etiam in utilitatem Monasterii, præceptoriarum, Hospitalium, & domorum hujusmodi facere nullo modo præsumant, sed simpliciter, præ & modestè unica dumtaxat campanella pullata (cujus usus soli religioni prædictæ à Sede Apostolica concessus fuisse perhibetur) eleemosynas pro subventionem hospitalium & domorum hujusmodi petendo, accipiant tantum quod sibi offeratur.

XVI. Hujus Antonianæ Congregationis meminit Renatus Choppinus lib. 2. *De S. Polit. tit. 5. num. 9.* aitque: "Antoniani Ordinis *valerudinaria*, in quibus sacro igne correpti studiosè curabantur, subsunt quidem economica cœnobitarum potestati, non profanorum Urbis decurionum: at familiari huic Præfectura leges dantur interim à Civili Magistratu, ad publicum usum externæ que decus politiæ conservandum.

Deinde dicit quod arrepto Curia 7. Idus Septembris 1575. "talibus trienis emittendorum pro se suisque facultatem. Extat in Bullario Romano Bulla Bonifacii VIII quæ incipit: *In dispositione*, quâ Domum S. Antonii *Viennensis* crexit in Abbatiam, atque "ipsum Hospitalia cum omnibus membris suis in quibuscumque mundi partibus constitutis, eorumque pertinentiis & juribus ipsi subjecit & univit Abbatie. Quod, que in eodem Monasterio S. Antonii & Hospitali, ac membris eisdem, B. Augustini Regula servaretur, & secundum eam dicti Abbas & Canonici seu Fratres vivere perpetuò tenerentur.

XVII. In Bullario Romano extat Bulla Innocentii III. quæ incipit *Inter opera pietatis*, qua famosum illud Hospitalia in Urbe Romana apud S. Mariam in Saxia crexit ad egenos infirmos recipiendos & curandos, statuentes (ait) ut *regularis Ordo* qui secundum Deum & institutionem Fratrum S. Spiritus in eodem loco (in monte Pessulano) per nos institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur.

Extat & Bulla Xisti IV. quæ incipit *Esse universis* 12. in Bull. Romano, qua declaratur, quod omnes Magistri, vel Præceptores "quorumcumque locorum sub vocabulo S. Spiritus sint totaliter subiecti magno Magistro, seu generali Præceptorum Archiepiscopalis S. Spiritus in Saxia de urbe; & absque ejus licentia eleemosynas querere non possint. Et ad ipsum solum spectet collatio Ordinis Sancti Spiritus.

XVIII. Idem Pontifex Innocentius III. anno 1209. in suam protectionem recepit hospitalia S. Thomæ in civitate Cadomensi in quo erat Coventus vitam religiosam eligentium, "statuens, ut Ordo Canonicus qui secundum Deum & B. Augustini Regulam, in eodem loco constitutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus observetur. "Epist. 15. reg. 13.

Ecce 2

XIX. Præ